UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Sanctus

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

...ur vniuerſi: ſed ex iſtis & illis ſaluantur & pereunt, *Chryſ.*
...24.

¶ Sententiae Philosophicae.

...bile eſt alicui tantam ignauiam eſſe inſitam, vt ſalutem ...gat. *Demoſt.1. Olynth.*

...es ad Deos nulla re proprius accedunt, quam ſalutem ho... dando. *Cic. pro Manil.*

¶ Poeticae Sententiae.

Doctrina ſalutis pertinet ad omnes.
Anthol. Sac.

...ret Deus vt terra caligine mundum,
Doctrina accendit lumen Apoſtolica:
Quæ nullis animis, nullis non congruit annis,
Lacte rigans paruos, pane cibans validos.
Non tempus, non ſexus, huic non cauſa reſiſtit,
Omnes curat, alit, iuſtificat, vegetat,
...ſite quæ magna appoſuit ſapientia menſæ,
Et variis paſci diſcite delitiis?
Quarum pars totum eſt epulum, quo quiſq; iuuatur,
Inde capit vitam, quam parit vna fides.

Salutem velle, magnam ſalutis partem eſſe.

Pars mihi ſemper erit, ſeruari velle ſalutis,
Maxima, ſi cupias, iam prope ſaluus eris.
Si modo velle tuum vehemens, & forte, ratumque
Molle etenim lucri nil tibi velle feret.
Non vult, cui nimium leuis eſt, mollisque voluntas:
Imaque ſi ſuperis pluris habenda putat.
Qui bene vult, volet hic cælum, cælumque volendo
Fortiter, huic facilis mox labor omnis erit.

¶ Adagia.

...mone ſalubrius. Κρότωνος ὑγιέστερον.
...tur de re nequaquam noxia, ſed vndiquaque ſalutari. Cro... genus, à quo animante natum adagium exiſtimat Zeno...

...rbita ſanior. κολοκύνθης ὑγιέστερος.
...tur iiſdem de re innoxia & ſalutifera: quod Cucurbita vel ... leledatur aeris vitio, cruſto quo tegitur, munita: vel va... medius efficax eſſe perhibeatur.

...ior eſt piſce.
...bina firmaq; hominis valetudine dicitur. Sumptum à piſcibus ... ditum ſit, hac animantis genus non ſentire morbos. Germa... dem fere verbis: So geſund als ein Fiſch.

...lere Pancratice.
...atus dixit pro eo, quod eſt firma eſſe valetudine. In Pancrati... valetudo & robur corporis potiſſimum ſpectabatur. Huc ... etiam illa: Valere athletice: Valere baſilice.

¶ Emblema.

Ære quandoque ſalutem redimendam.
Emblema CLII. An Alciati.

Et pedibus ſegnis, tumida & propendulus aluo
Hac tamen inſidias effugit arte fiber.
Mordicus ipſe ſibi medicata virilia vellit,
Atque abiicit, ſe gnarus ob illa peti.
Huius ab exemplo diſces non parcere rebus,
Et, vitam vt redimas, hoſtibus æra dare.

Salus publica.

Emblema BXLIX.

Phœbigena erectis Epidaurius inſidet aris,
Mitis, & immani conditur angue Deus.
Accurrunt ægri, veniasque ſalutifer orant.
Annuit, atque ratas efficit ille preces.

¶ Fabvla.

De Columbis.

Oppreſſa columbarum cohorte, quæ ab vna quaſi regina & do... candidiſſima columba ducebatur, reti aucupis, ſingulæ ſtre... alis plandere & ferire rete, ſi qua erumpere poſſent. Tum ... columbam albam: ſed etiam ſapientem reginam ferunt illum im... promiſcuum & temerarium ſuarum columbarum verbis ... peſcuiſſe, & hortatam eſſe, vt conſociata & conſentiente vi at... opera erumpere ſtuderent: nam ſingulas non aliter ſeruari poſ... quam ſeruatis vniuerſis. Cum autem hæ parerent ductrici ſuæ, ... ter ſubuolare impetu concordi omnes conarentur, ſuſtule... rete, & in ſiluas aufugientes abſtulere, vbi ſuper arboribus la... relictis, ipſæ omnes periculum euaſerunt.

Fabula docet, communi ſalute ſingulorum ſalutem comprehen... obedientia ſubditorum, quæ vocatur πειθαρχία à Græcis, non ... publica, ſed priuata etiam bona procurari.

Vide Felicitas, Proſperitas.

Salutatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SAlutatio, Salutandi actus, à Saluto, i.e. Salutem opto, dico. Græce ἀσπασμὸς, προσαγόρευσις, πρόσθησις, Hebr. *Berachach*, i.e. benedictio, fauſta precatio quæ ad aliquem defertur cum ſalutatione & decenti corporis motu ac geſtu, vt capitis inclinatione, geniculatione, &c. à verbo *Barac* precatus eſt, benedixit, beatum prædicauit, flexit genu. Hinc βρέχω, flecto: & latinum precor: & per metatheſin, μακαρίζω, beatifico.

¶ Loci Biblici.

Salutare in pace, 1. *Sam.* 10. 4. in ſancto oſculo, *Rom.* 16. 16, 1. *Cor.* 16. 20. 2. *Cor.* 13. 12. 1. *Pet.* 5. 14. Salutare in via prohibentur apoſtoli, *Luc.* 10. 4. qua locutione hyperbolica vtuntur Hebræi, cum alicui præcipitur vt celeriter, & nulla prorſus interiecta mora aliquid obeat, *vt* 2. *Reg.* 4. 29. alioquin comes & humanæ ſalutationes inter Chriſtiana quoq; officia numerantur paſſim nonnulli per ſynecdochen interpretantur, vt ſic ſpecies pro genere poſita, ſalutatio, pro colloquio, aut collocutione, quaſi dicas; cum nemine colloquimini, quod ſit vobis in moram. Sic & 2 *Reg.* 4. 29

Salutatio Angeli ad Mariam, *Luc.* 1. 28. Salutationis Apoſtolicæ & Chriſtianæ formula, *Matth.* 10. 12. *Luc.* 10. 5.

¶ Exempla Sacra.

Salutationis *Exempla*: Moyſes & Ieſthro, *Exod.* 18. 7 Angelus ſalutat Gedeonem, *Iudic.* 10. 12 Exploratores tribus Dan, *Iudic.* 18. 15. Saul Samuelem, 1 *Sam.* 13. 10 Dauidis iuuenes Nabal, 25. 5 Dauid populum, 30. 21 Tou Dauidem, 2 *Sam.* 8. 10 populus Abſalonem, 15. 5. Tobias Angelum, *Tob.* 56 Nicanor, 1 *Macchab.* 7. *v.* 29. 33 Ionathas & Rex Ioppe, 11. 6 Apoſtoli familiam ad quam ingreſſuri erant, *Matth.* 19. 12. *Luc.* 10. 5 Chriſtus diſcipulos, *Matth.* 28 9. *Luc.* 14. 36. populus Chriſtum, *Marc.* 9. 15 Aangelus Mariam, *Luc.* 1. 28. Maria Elizabetham, *v.* 40 Paulus Eccleſiam Cæſaræenſem, *Actor.* 18. 22. Paulus fratres, 21. *v.* 17. 18. 19 Agrippa & Bernice Feſtum, 25. 13 Paulus Priſcillam, Aquilam & reliquos fratres, & ſanctos, *Rom.* 16. *v.* 3. *&c.* Eccleſia Aſiæ, &c. Corinthios, 1 *Cor.* 16. 19 *&c.* Corinthtii ſe inuicem. 2 *Cor.* 13. 12 Sancti Philippenſes, *Philip.* 4. 21. *&c.* Ariſtarchus, Marcus, &c. Coloſſenſes, *Col.* 4. 12 *&c.* Eubulus, &c. Timotheum, *Tim.* 4. *v.* 9 *&c.* Pauli Comites Titum, *Tit.* 3. 15 Epaphras, &c. Philemonem, *Philemon.* *v.* 23 Hebræi ſuos præpoſitos, *Heb.* 13. 24. Eccleſia Babylone collecta ſanctos, 1 *Pet.* 5 13. Amici Caii, Caium, 3 *Ioan.* *v.* 15 Salutandi ſuperiores ritus, *Exempla*: Abraham, *Gen.* 23. 7. Ruth, *Ruth.* 2. 10 Abigail, 1 *Sam.* 21. *v.* 23. 24. Miphiboſeth. 2 *Sam.* 9. 6 Ioab, 14. 22 Abſalom, *v.* 33 Bethſabee, 1 *Reg.* 16 Filii Prophetarum, 2 *Reg.* 2 15 Salutationes in foro amabant Phariſæi & Scribæ, *Matth.* 7. *Luc.* 20. 46.

Sanctificatio. Sanctus. Sanctitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SAnctificatio, Græce ἁγίασμα, ατος, τὸ, dicitur. Et eſt munditia à peccato, vel confirmatio in bono, vel deputatio ad cultum Dei Et tertium conuenit irrationalibus rebus, vt eccleſiæ, veſtibus & huiuſmodi. *ſecund. B. Thom ſecund. Secund. q* 81. *art.* 8.

Sanctitas, Græce ἁγιωσύνη, ης, ἡ, & ἅγιος, ου, ὁ, ſanctus dicitur. Eſt autem ſanctitas ſcientia colendorum Deorum. *ſecund. Cic. lib.* 1. *de natura Deorum.*

Sanctitas eſt virtus faciens homines fideles, & ſeruantes ea quæ ad Deum ſunt iuſta. *ſecund. Andronicum.*

Sanctitas eſt ab omni immunditia, libera & perfecta, & omnino immaculata munditia. *ſecund. Dionyſ. de diuinis nominibus cap.* 12. *& B. Thom.* 1. *Sent. diſt.* 10. *q.* 4. *art.* 4.

Sanctitas à ſancio venit. Sancire enim proprie eſt conſecrare aliquid ſub ſanguine hoſtiæ, vnde ſanctum dicitur quaſi ſanguine conſecratum, & ſancto proprie vocatur lex cum terrore pœnæ.

Sanctitas, ſanctitudo, ſanctimonia eiuſdem ſignificationis ſunt.

¶ Loci Biblici.

Sanctificare, pro purgare, 2 *Sam.* 11 4 pro conſecrare, *Luc.* 25. 10. pro laudem & gloriam tribuere, 1 *Pet.* 3, 15 Sanctificat ſeipſum patri Chriſtus pro nobis & immolat, *Ioan.* 17. 19 vt ſanctificet Pater Apoſtolos, orat Chriſtus, *Ioan.* 17. 17 ſanctificemus nos, 1 *Ioan* 3. 3. ſanctificare Dominum coram populo, *Num* 20. 12. & 27. 14. ſanctificare feſtum, *Leu.* 15. 10 ſanctificari vult Deus, *Leu.* 10. 3 ſanctificari, pro Sanctum habere & oculi, *Matth.* 6. 9.

Sanctificatio, electionis teſtimonium, 1 *Pet.* 1. 2 ſanctificatio noſtra Chriſtus, 1 *Cor.* 1. 30.

Sanctificati Chriſtiani per Chriſtum, 1 *Cor.* 11

Sanctificator noſter Deus, *Leu.* 20.8 *Ezech* 37.28

De ſancto qui comedere debeant. *Leu* 22.10.

Sanctitas vera quæ, 1 *Cor.* 7.34.2. *Cor.* 7.1. Sanctitas eſt electionis fructus, *Epheſ.* 1.4. Sanctitati ſtudendum, *Exod.* 22.31. *Leu.* 11. v. 44. 45 & 19.2 & 20. v. 7.26 & 21. v. 6.8. *Deut.* 7.6. & 14.2. & 26.19. *Pſalm.* 139.24 *Eſa* 52.11 & 56.1 *Matth.* 5.16 *Luc.* 1.75 *Rom.* 6. v. 4.13.19 & 12.1. *Epheſ.* 1.4 & 5.3 *Phil.* 1.10 & 2.15 *Col.* 1.22 & 3.12.1 *Theſſ.* 3.13 & 4.3 & 5.23 *Tit.* 1.9 *Heb.* 9.14 *Iac.* 1.27.1 *Pet.* 1. v. 15.16 & 2.9.2 *Pet.* 1.3.1 *Ioan.* 3.3.1. *Apoc.* 22.11.

Sanctum canibus non dandum, *Matth.* 7.6 ſanctum Domini, *Exod.* 25.2 *Leu.* 16.1 & c. *Pſalm.* 114.2 *Matth.* 7.6 *Luc.* 1.37.

Sanctus eſt Deus, *Eſa.* 6.3 *Apoc.* 4.8 ſancti appellatio Chriſto tributa, 1 *Ioan.* 2.20 qui ſanctus peculiariter dicitur etiam, *Luc.* 1.35 imo vero peculariter ſanctus ſanctorum, id eſt, ſanctus ſanctiſſimus, *Dan.* 9.24 Sanctus Dei populus, Iſraelitæ. *Deut* 14.21 Sanctus panis, 1 *Sam* 21.4 Sanctus pro ſua impietate orat, *Pſalm.* 32.6 Qui ſanctus eſt, ſanctificetur adhuc, *Apoc.* 22.11.

Sancti & mundi eſſe debemus, *Leu.* 11.44 & 19.2 & 20. v. 7.26 & 21.6 *Num.* 15.40 *Deut.* 16.19. *Epheſ.* 5.26 & *Theſſ.* 4.3.1 *Pet.* 1.16 Sancti Deo collati, immundi, *Iob.* 15.15 Sancti quatenus imitandi, 1 *Cor.* 4.16 *Gal.* 4.12 *Phil.* 3.17.1 *Theſſ.* 1.6.2 *Theſſ.* 3.7. Sancti, in charitate exercenda reliquis hominibus præferendi, *Rom.* 12.13 *Galat.* 6.10 *Epheſ.* 1.15 *Heb.* 6.10 Sancti pro iis, qui abſolute in Dei fœdere ſunt, etiamſi vera, id eſt, interiori ſanctitate careant, *Rom.* 11.16.1 *Cor.* 7.14 Sancti mundum iudicabunt, *Sap.* 3.8 & 5.1 *Matth.* 19.28.1 *Cor.* 6.2 *Iudæ* v. 14 Sancti cum Chriſto in cœlo regnantes, *Ioan.* 12.26 & 17.24.2 *Cor.* 5.8 *Phil.* 1.22 *Apoc.* 3.21 & 7.9 & 4.13.

Sanctorum communio. 2 *Cor.* 8.14 Sanctorum miniſterio aliquando tribuitur, quod ſoli Deo præcipue conuenit, *Matth.* 18. v. 16 18 *Ioan.* 20.13 *Rom.* 11.14 1 *Cor.* 9. v. 20.21.1 *Tim.* 4.16 *Iac.* 5.19 In ſanctis ſuis Deus laudatur. *Pſalm.* 150.1 pro ſanctis Chriſtianis ſemper orandum, *Epheſ.* 6.18. vt Sanctos nos facere & mundos, miſit Deus filium ſuum, *Col.* 1.22.

¶ Sententiae Biblicae.

Sanctitas gratioſe à Deo datur.

Ne polluatis nomen meum ſanctum. Ego Dominus qui ſanctifico vos. *Leu.* 22.

Ipſe Deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. 1 *Theſſ.* 5.

In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel. *Heb.* 10.

Propter quod & Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. 13.

Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificet ſe ſicut & ille ſanctus eſt. 1. *Ioan.* 3.

Studioſe in bono ordinatur.

Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie, & cras, lauentq; veſtimenta ſua, & ſint parati in diem tertium. *Exod.* 19.

Deſcendit Moſes de monte ad populum, & ſanctificauit eum. Cumque lauiſſent veſtimenta ſua, ait ad eos: Eſtote parati in diem tertium, & ne approximetis vxoris veſtris. *ibid.*

Homo ſenſatus in ſapientia manet ſicut Sol. *Eccl.* 27

Sanctifica eos in veritate. Et pro eis ſanctifico meipſum, vt & ipſi ſanctificati in veritate.

Fructuoſe in nobis conſeruatur.

Sancti eritis quia ego ſanctus ſum. *Leu.* 11

Sancti eſtote, quia ſanctus ego ſum Dominus Deus veſter. 19

Sanctificamini & eſtote ſancti. 20.

Eritis mihi ſancti, quia ſanctus ſum ego Dominus, & ſeparaui vos à cæteris populis, vt eſſetis ſancti. *ibid.*

Et Dominus elegit te hodie, vt ſis ei populus peculiaris. *Deuteron.* 26

Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. 1 *Theſſ.* 4.

Sanctus ſanctificetur adhuc. *Apoc.* 22

¶ Patrvm Sententiae.

Nullus ſanctus & iuſtus caret peccato, nec tamen ex hoc deſinit eſſe iuſtus vel ſanctus, cum affectu teneat ſanctitatem. *Auguſt. de diffinitione Eccleſiæ dogmatum.*

Ille iuſte & ſancte viuit, qui rerum integer æſtimator. Ipſe eſt qui ordinatam habet charitatem, ne aut diligat, quod non eſt diligendum, aut non diligat quod eſt diligendum, aut amplius diligat quod minus eſt diligendum, aut minus diligat quod amplius eſt diligendum, aut minus, aut amplius quod æque diligendum eſt. *Idem lib. de doctrina Chriſtiana.*

Iſta ſunt, quæ ſanctitatis cauſa ſeruanda ſunt, Pudicitia corporis, Caſtitas animæ & veritas doctrinæ. *ibid.*

Si quis dixerit iuſtum, iniuſtum, & iniuſtum iuſtum, abominabilis eſt vterque apud Deum. Similiter qui ſanctum dicit non ſanctum, & rurſus non ſanctum aſſerit ſanctum, abominabilis eſt apud Deum.

Si quis hominem, qui ſanctus non eſt, ſanctum eſſe crediderit, & Dei cum iunxerit ſocietati, Chriſtum violat, cuius membra ſumus. Et infra: Omnes credentes, ſecundum Apoſtolum, [illegible] corpus efficimur. Qui in Chriſti corpore errat & labitur, [illegible] membrum eius eſſe ſanctum, cum non ſit: vel non eſſe ſanct[illegible] cum ſit, vide quali crimini obnoxius fiat. Eſaias enim dicit: V[illegible] his, qui dicunt dulce amarum, amarum dulce: ponentes tenebr[illegible] in lucem tenebras: Dulce puto eſſe ſanctimoniam, amarum [illegible] ſanctimoniæ contrarium. *Hier. ſup. epiſt. Pauli ad Phil. & habe[illegible] can. Si quis dixerit.*

Nec ruſticus, nec tantum ſimplex frater ideo ſe ſanctum [illegible] nihil nouerit, nec peritus & eloquens in lingua æſtimet ſanct[illegible] tem, multoque melius eſt de duobus imperfectis ruſticitatem ſan[illegible] ctam haberes quam eloquentiam peccatricem. *Idem in epiſt. a[illegible] Nepotianum.*

Sancta magis eſſe, quam videri, ſtude. Nihil prodeſt affirma[illegible] quod non ſis, & duplicis peccati reatus eſt, non habere quod cre[illegible] ris, & vt habueris ſimulare. *Idem epiſt. ad filiam Maurin.*

Diſcamus ergo & ſanctorum inuidiam, vt imitemur patient[illegible] & cognoſcamus illos naturæ præſtantioris fuiſſe, ſed obſeruan[illegible] maioris, nec vitia neſciſſe, ſed emendaſſe. *Ambroſ. l. de Ioſeph.*

Si omnes ſanctos & ſanctas, cum hic viuerent, congregare poſ[illegible] mus, & interrogare vtrum eſſent ſine peccato, quantalibet fu[illegible] excellentia ſanctitatis. Si hoc interrogari potuiſſent, vna voce [illegible] maſſent, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos [illegible] ducimus, & veritas in nobis non eſt. *Aug. de natura & gratia.*

Sancti viri, quo altius apud Deũ virtutum dignitate profic[illegible] eo ſubtilius indignos ſe eſſe deprehendunt, quia dum proximi [illegible] fiunt, quicquid eos de ſeipſis latebat, inueniunt.

Sancti viri nec ex elatione ſunt liberi, nec ex timore ſubmiſſ[illegible] cum rectitudo eos ad libertatem vocis erigit, conſideratio infirmi[illegible] tatis propriæ in humilitate cuſtodit. *Greg. in Moral.*

Viua lectio eſt vita ſanctorum. *Idem Moral.* 24.

Sanctorum virorum eſt, non inquirere manſionem, vbi ca[illegible] res ſunt viri, ſed vbi fideliores. Nec gaudent, vbi epulæ large[illegible] ſed vbi ſanctitas floret.

Quæ eſt illa iuſtitia, ſanctos colere, & ſanctitatem contem[illegible] Primus gradus pietatis eſt, ſanctitatem diligere. *Ioan. Chryſ. ſup. Matth. c.* 24.

Ioannes virtutum ſchola, magiſterium vitæ, ſanctitatis for[illegible] norma iuſtitiæ, virginitatis ſpeculum, pudicitiæ titulus, ca[illegible] exemplum, pœnitentiæ via, peccatorum venia, fidei diſciplina [illegible] ſumma, Euangelii actio. Apoſtolorum vox, ſilentium Propheta[illegible] rum, lucerna mundi, officium præconis, præco iudicis, Domini [illegible] ſtis, totius medius Trinitatis. *Idem in Ioan. Bapt. ſerm.* 8.

Qui peccat, de ſanctis exit, non enim in locis ſancta queri[illegible] ſunt, ſed in actibus & vitæ moribus: quæ ſi ſecundum Deum ſi[illegible] & ſecundum præceptum Dei habeantur, etiamſi in domo ſi[illegible] iamſi in foro, & quid dico in foro, etiamſi in theatro [illegible] verbo Dei ſeruiens, in ſanctis te eſſe non dubites. *Origenes hom. 42. ſup. Leuit.*

¶ Poetarvm Dicta.

Iuuen. ſat. 13.

Egregium ſanctumque virum ſi cerno bimembri
Hoc monſtrum puero, vel miranti ſub aratro
Piſcibus inuentis, & fœtæ comparo mulæ.

Anthol. Sacr. Iac. Bill.

Mens illæſa nihil violato corpore perdit,
Si vitam carnis vulnera non maculant.
Nec crimen facti recipit non mixta voluntas:
Velle magis facinus quam tolerare, nocet.
Sic autem ad cordis penetralia cuncta recurrunt,
Vt plerunque animus ſit ſine carne reus:
Dum quod ab intacto ſemotum eſt corpore ſolus
Concipit, & tectis moribus intus agit.

¶ Similitvdines.

Chryſoſt. Quemadmodum ſi quis margaritam in luto con[illegible] cet, eius amplius demonſtrat pulchritudinem: Sic virtus ſiu[illegible] rum, quocunque eam proieceris, declarat ſuam virtutem, in ſer[illegible] tute, in carcere, in proſperitate. *Hom. 62. in Gen.*

Sicut in corona, quum ſit rotunda, nihil inuenis, quod videatur initium aut finis: Sic inter ſanctos, quantum ad tempus in illo ſæ[illegible] culo, nemo nouiſſimus dicitur, nemo primus. *In cap. 20. Matth. homil.* 34.

Thiueri. Vt parum parentes refert is, qui parentum ſepulchra [illegible] lit, & ab ipſorum moribus degenerat: Sic præpoſterus homo, qui ſanctorum ſtatuas coronat, atque interim ipſorum virtutes [illegible] gnat. *In apoph.* 42.

Nautas liberant littora ab inundatione aquarum, multoq; i[illegible] petu marinorum fluctuum: Sanctorum autem memoria fideliu[illegible] veſtrorum feſta conquentes à malignis ſpiritibus, immundis [illegible] gitationibus magna animarum reddantur tranquillitate. *ibid.*

Chryſoſt. Sicut ſcœnobatæ, qui in funibus ſurſum deorſum [illegible] extentis aſcendere & deſcendere ſolent, ſi parum reſpexerint, [illegible] cipites in orcheſtram decidunt & pereunt: Ita & in hac vita [illegible]

parumper fuerint deſides, in præceps feruntur. Via enim anguſtior, & directior, nec non & periculoſior, quam funis multo ſublimior. *Ibid.*

Ambroſii. Sapientes ſe arbitrantur, qui rationes phyſicas in- ſe putant, ſcrutantes curſus ſiderum, & qualitates elemen- Dominum autem horum ſpernentes, ideo ſtulti ſunt, quum -anda ſint: quanto magis creator illorum? ſolent tamen paſſi, neglecto Deo, miſera vti excuſatioe, ac dicere. per ad Deum, ſicut per omnes peruenitur ad regem. Age, demens eſt aliquis, aut ſalutis ſuæ immemor, vt ho- regis vendicet comiti? quum de hac re, ſi qui etiam fuerint inuenti, iure vt rei damnantur maieſtatis: & iſti ſe reos, qui honorem nominis Dei deferunt creaturæ: re- Domino, conſeruos adorant, quaſi ſit aliquid plus, quod ſer- Nam & ideo ad regem per tribunos & comites itur, homo vtique eſt res, & neſcit, quibus debeat Rempublicam Ad Dominum autem. quem vtique nihil latet (omnium merita nouit) ad promerendum ſuffragatorem non eſt opus, deuota. *In epiſt. ad Rom.*

Vt parum prudentes virgines erant, quæ potius à coæ- mentibus, quam parantibus expectabant oleum: Sic qui precibus poſt mortem fidunt, atq; interim ipſi Deo nihil faciunt. *In apoph 42.*

-ſe ſunt ad virtutem viæ, ſiquidem & margaritæ inter ſe plurimum, vel ſi omnes idem ſint nomen ſortitæ, tamen -entior eſt, & rotunda, illa vero haud parem habet decorem, quendam & varium. Quemadmodum coralium artificio productas in longum lineas aliquando habet, circumci- angulos & expolitos, coloremque à candido etſi diuerſum, tamen delectabiliorem, viridis etiam iniectus color, præter viriditatem iuuat. Idem & flos quidam coniunctum ha- -nata fragrantia, & ſanguinis colorem, & iſtiuſmodi, ali- qui glaucus fuerit, glaucitate ipſa mare vincit, aliis erit propria quadam exercitatione & induſtria ſibiipſis, plerique Eccleſiæ profuere. *Homil. 20. de diuerſis.*

Sicuti cœli luminaria ac ſidera in firmamento cœli à collocata, cunctis indeſinenter, quæ ſub cœlo ſunt, fulgent, omnibus, quæ ſuper terram ſunt, per tempora ac tempora, generationes & generationes, mirabiliter relucent: alia qui- noctem, vt luna & ſtellæ: alia nihilominus per diem, vt ſpecioſiſſimi radii: Sic & ſanctorum virtutis inſignia, atque be- -corum agones, omnibus in perpetuum ſingulariter ful- omnibus in æternum bonorum formam tribuunt, omnibus pietatis exemplum oſtendunt. Quod autem ſideribus atque comparentur omnes ſancti, demonſtrat Apoſtolus, Stella differt à ſtella in claritate: ſic erit & reſurrectio mor- procul dubio ſanctorum. Sed & angelus ad Danielem: effulgebunt vt luminaria cœli, & tanquam ſol & luna, ſtellæ in ſecula. Sic itaque effulgent atque emicant o- ſancti, non ſolum in tempore reſtitutionis, ſed & nunc in huius præſentis ſeculi. Alius fide fulget, vt Abraham: ali- vt Ioſeph: nihilominus manſuetudine, vt homo Dei item vero alius conſtantia atque tolerantia vehementium vt admirabilis Iob. *Homil 1. in Iob.*

Auguſtini. Sic abſcondita eſt apud Deum vita ſanctorum, vt laborant in terra, quaſi tempore hyemis arbores non ha- fructum & folia, illo apparente tanquam nouo ſole exorto, quod in radice viuebat, in fructibus appareat, licet caſtiget, amat iudicium, non derelinquet ſanctos ſuos. *in Pſ. 36.*

Cypriani. Sicut modica aquæ gutta multo vino infuſa à ſe to- vinique ſaporem & colorem induit: ferrum candens pri- propriaque forma exuitur, & igni ſimillimum efficitur: ſolis perfuſus, in eandem transformatur luminis claritatem: ſpeculum radiis ſolaribus directe irradiatum, ſolis in ſe recipit -dinem, idque putares alterum eſſe ſolem: Ita etiam beati, charitate, in intimis ſui totaliter penetrantur, ſicque Deifor- effecti, in Dei ſimilitudinem transformantur. *De ſingular*

Sanguis.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SAnguis eſt humor calidus, & humidus, nutrimentum in ha- bentibus ſanguinem exiſtens. Græc. αἷμα: Hebr. *Dam*, ſanguis color ſanguineus, reatus ſanguinis, Cognationem habet cum *Adam*. ſubrufus fuit: ſanguis enim colorem ſubrufum refert. Lat. Damno, i. e. reum ſanguinis iudico.

¶ BIBLICI LOCI.

Sanguis pro homine occiſo, *Ioſ.* 20.5. pro cædis cauſa, *Luc.* 20. 9. *Ioſ.* 2.19. *Iudic.* 9.24. 2. *Sam.* 1.16. 1. *Reg.* 2.38. *Ezech.* 18.13. & 32. 4. *Actor.* 18.6. quibus in locis ſanguinis appellatione cum cædis tum omne exitii genus intelligitur, vnde eſt illa acclamatio Iudæorum, *Matt.* 27.25. cuius ſenſus eſt: ſi quid peccabitur in eo occidendo, nos & poſteritas noſtra pœnas luamus. Eadem formula ſpecies quædam obteſtationis eſt apud Lucam, *Actorum* 18.6. quaſi dicat Paulus; video vos in perniciem veſtram ruere: ego igitur hic Deum coram vobis teſtor, non me, ſed vos vobis ipſis cauſam eſſe exitii, vt & Dauid loquitur, 2. *Samuel.* 1.16. pro cæde, 1. *Reg.* 2.5. 2. *Reg.* 9.7. *Pſalm.* 116.38. *Eſa.* 1.15. & 9.5. & 26.21. & 33.15. *Ezech.* 2 5.17. & 14.19. *Oſeæ.* 1.4. & 2.4. *Mich.* 7.2. *Abac.* 2. *Verſ.* 8.12. pro ſuppliciis capitalibus, *Pſalm.* 51. 16. pro impura naſcentis hominis origine, *Ioan.* 1. 13. pro cognatione, *Actorum* 17.26. præterea ſanguinis & carnis appellatione, in ſcriptura ſacra interdum intelligitur ſolum corpus, idque nudum, ſed cum infirmitate adiuncta, 1. *Corinth.* 15. 50. vt apparet ex eo, quod ſubiicitur de corruptione: interdum vero totus homo, corpore & anima conſtans, quatenus eſt corruptus peccato, *Matth.* 16.17. *Gal.* 1.16. ſanguis omnis bruti anima eſt, *Leu.* 17. *verſ.* 11.14. ſanguis innoxius, ex Hebræorum idiotiſmo, dicitur homo inſons, *Matth.* 27.4. ſanguis innoxius ad Deum clamare dicitur, *Geneſ.* 4.10. 4. *Eſd.* 15.8. *Hebr.* 12.4. *Apocalip.* 6.10. ſanguis iuſtus cum venire ſuper caput aliquorum dicitur, nihil aliud eſt, quam reos & obnoxios eſſe, vel in caput eorum redundare ſanguinem iuſtum, *Matth.* 23.35. ſanguis non comedendus ante Meſſiæ regnum, *Geneſ.* 9.4. *Leu.* 3.17. & 7.26. & 17.10. & 19.26. *Deut.* 12. *Verſ.* 16. .. & 15.23. 1. *Sam.* 14. 32. eius vſus Chriſti aduentu conceſſus, propter ..trum infirmitatem ad tempus prohibetur, *Actorum* 15. *verſ.* 20. 29. & 21. 25. ſanguis Achab à canibus lingitur, 1. *Reg.* 22.38. ſanguis fœderis, *Exod.* 24.3. *Heb.* 9.20. ſanguis & aqua è Chriſti latere fluunt, *Ioan.* 19.34.

Sanguinis conſperſio, *Exod.* 24.6. & 29.20 *Leu.* 1. *v.* 5.11. & 3. *V.* 2.8. 13. & 4. *v.* 6.16. & 7.2. & 8 *V.* 19.30. & 9.18. & 16. *v.* 14.18. & 17.6. 2. *Paral.* 30.16.16. *Ezech.* 43.20. *Heb.* 9. *V.* 13.14.19.21.22. ſanguinis Chriſti conſperſio, *Heb.* 9.14. & 10.19. & 12.24. 1. *Petr.* 1. 2. ſanguinis innocentis effuſio, *Deut.* 19. *V.* 5.11 & 27.24. 2. *Sam.* 20.9. 1. *Reg.* 21 13. 2. *Reg.* 21. 16. & 24.4. 2. *Paral.* 22. *Prouerb.* 6.17. & 28.17 *Eſa* 26.2. *Ierem.* 7.6. & .. 3. *Ezech.* 22.4. 4. *Eſdr.* 1.32. *Matth.* 23 54. *Luc.* 11.50. *Apocalip.* 6.10. & 8. 24. clamat vindictam coram Deo, *Geneſ.* 4.10. 4. *Eſdr.* 15. 8. *Heb.* 12. 24 *Apoc.* 6.19. ſanguinis fluxus ſiſtitur, *Matth.* 9.20.

Sanguine Chriſti empti ſumus, 1. *Cor.* 6.20. & 7.23. *Actor.* 20.28. 1. *Pet.* 1 18. *Apoc.* 5.9.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Sanguis eſt calidus & humidus. *Pet. de Aluer. de long. & breu. vitæ, lib.* 3.

Sanguis ſi integer eſt, ruber, & dulcis ſaporis eſt, ſed ſi natura, vel morbo fuerit vitiatus, atrior eſt: nec admodum craſſus, nec tenuis, qui optimus eſt, humidus & calidus ſemper eſt, quamdiu in corpore animalis continetur, at vbi effluxerit, concreſcit: excepto ceruorum, & damarum, & ſi quid aliud eſt huiuſcemodi. *Ariſt. hiſt. anim.* 3. *c.* 18.

Sanguis in iuuenili ætate ſaniem trahit, & largior eſt: in ſenectute craſſus, niger & paucus: in media medium tenet. *Ariſtot. hiſt. anim.* 3. *c.* 10.

Sanguis naturalis alius eſt, alius innaturalis: Naturalis in homine bonæ complexionis ſanguis eſt rubeus, ſapor valde dulcis, boni odoris, & humidi exiſtens: & ille varius eſt ratione ætatum, & locorum namque Cholerici rubeum, incenſum, inflammatum, ſiccum, odoris & ſaporis acuti, & ſpumoſum, gracilis ſpumæ ſanguinem habent: Phlegmatici pallidum, aqueum, inſipi um: Melancholici nigrum, ſpiſſum & terreſtrem. *Albert. Mag. de anim. lib* 3. *tract.* 2. *c.* 2.

Sanguis innaturalis eſt, qui à naturali diſpoſitione eſt mutatus, tam in colore, quam in ſapore & odore: & hoc duobus contingit modis, ex ſe ipſo ſolo, & ex alio remouente, cum propter miſtionem à diſpoſitione naturali. Ex ſe, cum aliqua qualitate actiua, vel paſſiua impeditur à diſpoſitione naturali: ex alio humore dupliciter remouetur ſanguis à naturali diſpoſitione, quia humor alienus, vel à ſanguine generatur, vel ab alio. Vnde in ipſum ſanguinem intrat, & vtrumque vel ad phlegma, vel ad choleram, vel ad melancholiam inclinare incipit: ſi ad phlegma, fit aquoſus, ſi ad choleram, fit aliquantulum turbidus, ſi ad melancholiam, fœtidus. *Alb. Mag de anim. l.* 3. *tract.* 2. *c.* 3.

Sanguinis boni cauſa efficiens eſt calor naturalis digeſtiuus ſecundum proportionem, materialis cauſa eſt id, quod de cibis & pocu tibus nutrientibus eſt temperatum: formalis eſt digeſtio conueniens: finalis nutrire corpus. *Alb. Magn. de anim. l.* 3. *tract.* 2. *c.* 4.

Sanguis eſt calidus per ſe, ſed forte per accidens efficitur magni & intenſi caloris. *Idem de anim. l.* 12. *tract.* 1. *c.* 3.

Sanguis fœminæ eſt ſpiſſior & nigrior, propter frigiditatem maiorem, quam ſit ſanguis maris, ambobus in bona diſpoſitione conſtitutis. *Alb. Mag. de anim. l.* 3. *tract.* 1. *c.* 6.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN